



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Gallicanvs M. 25. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

## S. GALLICANVS M. 25. Iunii.

**G**ALLICANI victorias de Persis Scythisque relatæ admirandi, illam, quā seipsum triu-phavit, imitandi jus esto. Eō gloriae venerat, ut Constantiæ conjugium præmium militiæ poscen-ti Constantius pater negare nihil sit ausus, modò Scythes Romanis finibus ejecisset. In eo dum est, milites panico perculti metu, magnam partem di-lapsi infrequentia signa reliquere. Anxio cā re Gallicano Ioannes & Paulus Constantiæ familia-res, voti Deo nuncupandi consilium suggestere. Obtemperantem cœlestis strategus crucem præ-ferens, eo fretum signo, cinctumque, quos ipsi ad-duxisse, stipatoribus, sequi se è vestigio jussit. Ita per attonitos hostes ad ipsum Scytharum regem penetravit. Neque ille ausus hiscere adversis tan-tam vim, vitam pactus se suaque Gallicano permi-sit. Inde illi veri Numinis admiratio, ejusque ritè colendi ardor injectus. Romam deportato exercitu, abdicatæ conjugii spe, rebusque humânis vale-re jussis, seipsum Christianæ modestiæ finibus cir-cumscriptis. Ille orbis terror, & secundus à Con-stantino Dux, pater pauperum, peregrinorum ho-spes factus, pedum fôrdes ablueret, ægrorum lectu-los sternere, inferre convivantibus cibos, obstu-pescente orbe terrarum, visus est. Julianus denique pestis pietatis hanc tantam virtutem proscrispsit, & gladio addixit. Decuit nimirum ut toties victor cælum laureatus ingredieretur, triumphalem cur-tum manibus pauperum trahentibus. *Ex Surio.*

*Non est periculum quantumcumq; te humiliet; est autem grande periculum, si vel modicè plus vero te extollas; si vel uni te preferas, quæ sortè parem tibi*

O 3

veritas

318 VITÆ SANCTORVM. 26. Junij  
veritas indicat, aut etiam superiorum. Quapropter  
noli te comparare majoribus, noli minoribus, noli  
aliquibus, noli uni. S. Bern. serm. 37. in Cant.

S. VIGILIVS EP. M. 26. Junij,

VIGILIVM Pontificem Tridento Roma sub-  
misit annos non nisi XX. natum, sed jam  
tunc, si virtutes numerasses, grandævum. Ergo ab  
hæresi urbem, à superstitione deinde omnem latè  
viciniam purgavit. Eâdem operâ morbos, dæmo-  
nesque hospites è corporibus proscriptis, fana di-  
ruit Deorum, & solo Veronensem & Brixensem  
agro templo Deo extruxit triginta. Felicem se  
etiam creditit: cùm hospes hospitem D. Remedi-  
um exceptit; sed magis oculos recrearunt homi-  
nes mille & amplius, quos cimnes à fide aberrantes  
in viam reduxit Remedium, & ad VIGILIVM ad-  
duxit. Cæterùm cœpta inter eos familiaritas sem-  
per deinde duravit; & ad morientem in solitudi-  
ne Remedium accurrit VIGILIVS, ære campano  
ex pacto suâpte sponte monente. Iustis deinde  
persolutis, cùm ædiculam Remedium in templum  
vellet consecrare, præviniri se ab Angelis per  
quietem lubens volens vidiit. Porro ab Aunanis  
etiam populos Legatos misit suos, quos cùm im-  
pij adorti neci dedissent, ipse in illos movit, debel-  
lataque superstitione, ubique locorum trophyum  
Christo victori Crucem fixit. Et jam reliqua val-  
lis unica Randena erat. In hâc illi Superi trium-  
phum decrevère. Nam cùm unus unicus in ho-  
stium cuneos irrupisset, & æreum Saturnum re-  
etiùs cælo quām Iupiter pulsurus, dejectum fra-  
ctumque in præterfluentem abegecessit, ipseque  
jam basi statuæ deinceps insistens, ad concionem  
dice-